

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE EFFECTV SACRAMENTI EVCHARISTIAE Cap. XLI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

iubes, & iube quod vis. Da non nostro merito, sed eius qui *ssionū Ca. 39*
 corpus suum pro nobis tradere, qui sanguinem suū pro no- *31.*
 bis fundere dignatus est. Cuius rei nunc representatio fit
 in altari. Huius meritis concede nobis, vt iuxta voluntatē
 tuam, quam ē sacerdote verbum tuum ānunciante cogno-
 uimus, vitam nostram instituere, & quem fructum acerba
 mors tua toti mūdo attulit eius participes esse queamus,
 sic olim factitatum est in Ecclesia Dei, non vt hoc infelici
 seculo nostro, quo simul vt audita est concio, statim proru-
 unt omnes ē templo, quasi vel sufficiat nosse voluntatem
 Dei, neq; facere sit necesse, vel si necesse sit facere, quasi ipse
 ex se satis viciū habeat homo ad faciendum, nec opem di-
 uinam implorare oporteat. Ante mille & centum annos *Canone 47.*
 in Agathensi concilio fuit sancitum vt missas die Domini
 co seculares audirent, & ante benedictionem sacerdotis
 egredi populus ne p̄sumeret. Quod si fecissent, ab Episco-
 po publicā confunderentur. Quod ipsum etiam in Aurelia-
 nensi cōcilio tertio paulopost fuit repetitum. Ac fuerunt
 illo tēpore, & auditores & factores legis plurimi. Nunc *Can. 28.*
 auditores multos, factores raros admodum videre licet,
 quod ad eum non confugitur qui solus faciendi quod au-
 dimus vires supeditat. Verum de ijs satis.

DE EFFECTV SACRAMENTI EVCHA- RISTIAE Cap. XLI.



Vm esu ligni vetiti primus parēs noster prola-
 psus esset in mortem quam vnā cum peccato
 propagauit ad vniuersum genus humanū, se
 ipsum

Genesis
Ioannis

ipsum Christus in nouissima cæna cibum fidelibus instituit, per quem in vitam resurgere, & illam ammissam recuperare liceret, vt quemadmodum per vetitum cibum letaliter sumus satiati ita per hunc nobis præceptum sanaremur vt vnde vulnus est ortum, inde medicina prodiret, vnde subrepsit mors, inde vita veniret. De illius cibi gustu dicitur. Quacumq; die comederitis mortem moriemini, contra verò de hoc, si quis cõederit ex hoc pane viuere in eternũ. Hoc ergo primum nobis præstat hoc sacramentum vt viuamus. Vita porro duplex est. Est enim vita gratiæ quæ nobis re ipsa conferetur Eucharistiam sumentibus, est Vita gloriæ, quam spe quidem consequemur, manducantes corpus & sanguinem Domini, re ipsa verò non prius adipiscemur, quam corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem. De vita gratiæ dicit Christus, qui manducat me, viuere propter me. De vita gloriæ. Qui manducat meam carnem & bibit meũ sanguinem habet vitam æternam. Tanta est igitur huius cibi vis, vt si quis eum digne manducauerit, nõ spiritali modo coniunctione, verumetiam naturali quadã & ea arctissima Christo copuletur particeps effectus verè viuificatricis, quæ verbi propria, facta est carnis, & præciosi sanguinis Christi quæ sumpta faciunt, vt & Christus in nobis sit & nos in Christo non animum tantum reformante, sed carnem etiam nostram ad vitam, in corruptionem, & immortalitatem præparante. Sicut & ab Hilario, & à Cyrillo ante mille ducetos annos traditum legimus. Hæc ergo prior est vita, quam qui vita nostra est Christus, qui præsens adest in hoc sacramento, sub

Li 8. De Trinitate.

Li. 10. in Ioã

C. 13.

to, sub

sub alia quidem forma, sed in propria tamē substantia, nobis confert, cum corpus illius & sanguinem digne sumpserimus ut iā viuiamus ppter Christū, hoc ē vt mortui peccatis viuiamus deinceps iusticiæ, quæ Christus est vt cum Paulo dicere possit vnusquisq; nostrum. Michi quidem viuere Christus est, mori autem lucrum, viuo autem iam non ego, viuūt verò in me Christus Hanc vitam posteaquam consecuti fuerimus per Dei gratiam, illius enim donum est, fieri non potest, quin qui viuūt in nobis Christus, cuius spiritu agimur, posteaquam bonum certamen in hoc sæculo certauerimus, cursum consumauerimus, fidem seruauerimus, concedat nobis coronæ loco vitam gloriæ utq; ipsi tanquā ei qui natura est filius Dei, regni cælestis hæreditas debeant, eam nos ex huius vitæ diuersorio migrantes per adoptionis gratiam consequamur. Atq; hic primus est effectus huius sacramenti. Quoniam verò cum illud sumimus Christi passionis & mortis recordari iussi sumus, fit vt quem illa toti mundo fructum attulit, eius per sumptionē Eucharistiæ participes efficiamur. Fusus enim est de Christi latere in cruce pendentis sanguis in remissionem peccatorū nostrorū Hanc nobis confert istud sacramentum. Quā obrem enarrans illum locum Ioannes Chrisostomus. Et continuo exiuit sanguis & aqua. Sciunt inquit hoc iniciati per aquam enim regenerati sanguine & carne nutriti, hinc mysteria ortum habuerunt, vt quoties ad admirandum calicem actedis, tanquam ab ipso latere hauriēs actedas. Neq; tamen, quod de remissione peccatorum diximus, id ita accipi velimus, quasi eundem effectū Eucharistiæ quē

1 Petri. 2

Philipi 2.

Galatas 2.

2 Timo. 4.

Ioannis 109
Homi. 84.

LI ij

baptismi

baptismi & penitentiae sacramento tribuamus. Remittuntur quidem in eo peccata, sed venialia tantum. Cum enim in hoc sacramento, insignis illa Christi charitas ante oculos nostros subiiciatur, qua adductus semetipsum redemptione

1 Petri 4. dedit pro nobis, sit ut vicissim erga illum charitate inflammemur, quae operit multitudinem peccatorum. Charitas autem cum peccato mortali consistere non potest. Quamobrem prius id expiatum oportet per penitentiae sacramentum, quam ad mensam hanc terribilem actedatur, ad quam si quis venerit criminis alicuius capitalis reus, non vitam

1 Corin. 11. sed mortem habebit aeternam. Reus erit ut dicit Apostolus corporis & sanguinis Domini. Quare monet ille ut probeat seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Verum hac de re, copiosius in proximo insequenti capite differemus. Tertius effectus huius sacramenti est, quod sumentes verum & vivum Christi corpus efficiuntur & ipsi corpus Christi mysticum,

1 Corin. 12. De quo dicit Paulus. Vos estis corpus Christi, & membra

1 Corin. 10. de membro, Ac significatius alio loco, vivus panis & vivum corpus multi sumus qui de uno pane participamus. Huius rei quaedam iudicia sunt species ille sub quibus later hoc sacramentum, sicut & ab Augustino, & ante cum a Cypriano scriptum legimus. Nam Dominus noster corpus, & sanguinem suum in istis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur. Nam panis ex multis granis in unum constat, & vinum ex multis racemis in unum confluit, ut vel ex hoc quid significet hoc sacramentum admoneri possimus. Significat

gnificat enim quod & nos ad eundem modum cum simus multi, vnum tamen corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius membra. Neq; verò significat magis quam efficit hoc ipsum. Hæc est enim huius sacramenti virtus & efficacia. Si digne sumptum à nobis fuerit, vt vnum cum capite nostro Christo, vnū etiam ipsi inter nos efficiamur. Quod enim ex hoc mundo migraturus patrem suum celestem præcatus est Christus, vt quos dederat sibi eos serua-
Romano 11.
 ret vt omnes vnū essent sicut pater in ipso & ipse in patre vt & ipsi in vtroq; vnum essent hoc perficitur in hoc sacramēto. Vnum enim efficimur cum Deo patre, cui voluntate ad heremus, vnum cum Christo, cui tanquam vnius corporis membra capiti connectimur. Ipsum enim dedit Deus caput sup omnē Ecclesiā quæ ē corpus ipsius, vnū etiā ipsi inter nos cū simus mēbra multa, quæ corp⁹ vnū efficiūt cui⁹ caput est Christus. Ad hoc aut Christi corpus, nō h̄ modo p̄tinent qui sunt in hac vita superstitēs, verum & p̄ omnes qui cœlestibus iam gaudijs perfruuntur, & h̄ simul qui scēlicitatem quidem eandem expectant, sed quoniam purgationis indigent, abditis adhuc receptaculis continentur. Ex quibus nisi purgatis illis egredi regniq; cœlestis quo nihil coinquinatum introibit potiri non licet. Quæ causa est qd̄ cum tremendum illud corporis & sanguinis Christi sacrificium peragit, quo facilius obtineri possit quod illius imolationis merito quæ in cruce facta est concedi nobis petimus, corpus hoc vniuersum simul quasi cōgregat⁹ adest enim in eo caput huius corporis Christus, præter quā soli Deo offerre fas non est. Quod propterea tantopere cupit

Ioannis 7.

Ephesios 1

LI

iij

abrogatum

abrogatū sathanas, vt ne sit aliquod discrimen inter deū
 & homines quo sine Deo nos esse faciat. Neq; Verō so-
 lus Augustinus, verum & ante eum Cyprianus, cōmemo-
 rationis huius sanctorum quæ fit ad altare per sacerdotem
 mentionem facit, vt longē vetustissimum morem hunc fuisse
 facile cui uis cōficere liceat. Quemadmodum & illū
 quo ceterorum quoq; qui in Christo defuncti sunt fit me-
 moria, de quo & ipso h̄s verbis meminit Augustinus. Neq;
 enim piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia,
 quæ etiam nunc est regnum Christi, alioqui nec ad altare
 Dei fieret eorū memoria in communione corporis Chri-
 sti. Et alio loco, cum protulisset illud ex Machabeorum li-
 bris, de oblato pro mortuis sacrificio, sed & si inquit nusquā
 in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua est vni-
 uersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret authoritas,
 vbi in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius alta-
 re funduntur, locū suū habet etiam commendatio mortuo-
 rum. Chrysostomus verō apostolicum hoc esse institutum
 asserit dicens, Non frustra ab Apostolis sancitum est, vt in
 celebratione venerandorum mysteriorum, memoria fiat
 eorum qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc
 emolumenti fieri, multū utilitatis. Stāte siquidem vniuerso
 populo manus in cœlos extendente, cœtu item sacerdo-
 tali, verendoq; posito sacrificio, quomodo Deum non pla-
 caremus pro istis orantes? Verum istud quidem de illis dī-
 cimus qui in fide abscesserunt. Eadem repetit in Homilijs
 ad populum Antiochenum scriptis. Sed & ante illū idem
 proditum est memoriæ per Dionisium Areopagitam qui
 & ipse

Li. 3. Epist. 6.
 & li. 4. Epi. 5

Li. 20. de ciui-
 tate Dei ca. 9

In li. de cura
 pro mor. ge-
 ren. cap. 5.
 1. Machab. 12

In Epistolam
 ad Philemo.
 homilia. 3.

Homili. 69.

& ipse commemorationem defunctorum in missæ sacrificio apostolicam vult esse traditionem. Ioannes verò Damascenus utroque posterior, librum etiam scripsit de ijs qui in fide hinc migrarunt, quod sacris operationibus & vitorum orationibus multum iuventur. Quem Ioannes Oecolampadius cum adhuc esset catholicus in latinam linguam transtulit. In eo illud ipsum quod Chrysostomus, attestat ijs verbis. Diui autem Apostoli discipuli saluatoris, qui totum mundi circulum viuum cœpere prædicando verbū, quod suis oculis viderant, in tremendis vitalibusque sacramentis, memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt habendam edixerunt. Extat missa Basilij, extat & Chrysostomi. In utraque sanctissimæ & intemeratæ super omnes benedictæ dominatricis nostræ Dei genitricis & semper virginis Mariæ, sancti Ioannis precursoris & baptistæ, sancti etiam cuius dies celebratur, et omnium sanctorum, simul et dormientium in spe resurrectionis vitæ æternæ fit memoria. Haftenus de sacramenti huius effectu.

Ecclesiast. Hierar. Capit. 7.

QVEMADMODVM AFFECTOS AD
hoc sacramentum accedere oporteat.

Caput. XLII.



QVALITER autem affectum esse oporteat qui digne māducare corpus, & bibere vult Christi sanguinem, indicat Paulus cum dicit, *1. Corinthe. 10*
Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat, & bibit, Quod si in veteri lege vbi figura tantum

tum